

7, N. S. S. T.

# ANIMALIA COMPOSITA,

QUÆ  
CONSENT. EXPERIENT. FACULT. MEDICA  
IN ILLUSTRI LYCÆO UPSALIENSI,

PRÆSIDE  
VIRO NOBILISSIMO ET EXPERIENTISSIMO  
**DN. DOCT. CAROLO**  
**LINNÆO,**

EQUITE AURATO DE STELLA POLARI,  
SÆ RÆ M:TIS ARCHIATRO,  
MED. ET BOTAN. PROFESSORE REG. ET ORD.  
ACADEMÆ UPSALIENS. STOCKHOLM. PETROPOL.  
BEROL. IMPER. LONDINENS. MONSPEL.

TOLOS. FLORENT. SOCIO,  
PUBLICO EXAMINI SUBMITTIT

STIPENDIARIUS PIPERIANUS,

**ALBERTUS BÅCK,**  
UPLANDUS.

IN AUDIT. CAROL. MAJOR. DIE XXIII. MAJI,  
ANNI MDCCCLIX.

H. A. M. S.

---

UPSALIAE.

*J. Stenborg*

**PROBSTEN** och **KYRKOHERDEN** vid Ö-Leuf.  
sta Församling,

*Högårevördige och Höglärde Herren,*

**Herr Mag. SACHARIAS  
WESTBECK.**

**INSPECTOREN** vid Strömsbergs Bruk,

*Högaktade Herren,*

**Herr GEORG KÖRNING.**

MINE GUNSTIGE

**E**rkänslan af Edar prisvärda ynnest och mång  
fälle, för allmänheten å daga lågga, hvil  
fullt hjerta, och til prof af ödmiuk tack  
få blad, under beständig välgångs tilönskan. Fram

MINE GUNSTIGE

ödmiuke  
ALBERT

KYRKOHERDEN vid Tuna och Staby  
Församlingar,  
Vålvärdige och Höglärde Herren,  
**Herr Mag. P E T E R**  
**A L M.**

INSPECTOREN vid Leufsta Bruk,  
*Högaktade Herren,*  
**Herr HENRIC BÄCK,**  
MIN HULDE FARBRODER.

**BEFOR DRARE.**

faldiga välgerningar, har jag åran, vid thetta til-  
ken tilförene allenast legat gómd i ett vördnads-  
samhet för all Edar gunst, nu tillägna Eder thetta  
härdar med innersta högaktnings

## BEFORDRARES

*bjänare,*  
**BÅCK,**

BRUKS-BETIÄNTEN vid Leufsta, LYCKA

Högvålvaktade Herren,

Herr L A R S B Å C K,

MIN HULDASTE FADER.

Nu upprinner then önskade dagen, på hvilken mitt vördsamma bröst får, utur sitt inre, visa en liten erkänsla mot min K. Faders ertedda välgärningar. Jag tror mig få mycket mindre them, på ringaste sätt, någonsin kunna vedergålla, som the omöjeligen af mig en gång nog samt kunna vördas. Eburu min K. Faders vilkor varit knappa och ringa, hafver dock Thes ömbet för mig funnits så mycket ymnigare och haft all ting ospardt. All möda, omsorg och besvär, som min K. Fader haft för min upfostran, åro thertil tydeliga vedermålen. Vid min K. Moders dödeliga frånfälle, som ånnu ömmar mitt hjerta, hafver min K. Fader åfven likasom trådt i Thes ställe, och för mig, samt mine omyndige Syfkon, yttrat all then huldhet och försorg, som af Edråldrar med samlad hand kunnat vårkställas. Anse, min K. Fader, therra mitt Academiska arbete, ja som en ringa frukt af alla på mig använda omkostningar. Min pligt skal aldrig upphöra, at theremot anropa Allmagten om allsköns välsignelse öfver min K. Fader, hvilken hjertliga önskan blifver så beständig, som then sonliga vördnad, hvarmed jag till döden förblifver

MIN HULDASTE FADERS

lydigste son,  
ALBERT BÅCK.



F. D. O. M.

## CAP. I.



lobo terrestri, quem a se conditum,  
homini, brevi sub vitæ curriculo,  
habitandum Deus Optimus Maxi-  
mus concessit, omnes res, quæ ad  
sustentationem hujus necessario re-  
quiruntur, prospexit, atque in sin-  
gulis creatis specimina infinitæ suæ  
sapientiæ & omnipotentiæ simul de-  
posituit, ut homo, necessitate, ad eadem usurpanda, im-  
pulsus, cogitationibus suis, ad eum, qui ea tam mirifice  
construxit, elevaretur.

Numerus creatorum corporum adeo magnus, species  
adeo variis ac diversis qualitatibus sunt instructæ, ut tota  
hominis vita eisdem cognoscendis, quid dicam, perscrutan-  
dis minime sufficiat. Hic sese offerunt objecta tam admi-  
randæ formæ atque indolis, ut nova in dies spectacula  
& nova prodigia, ingenio humano, varietatis amantissi-  
mo, deesse nunquam possint, ita quidem, ut plurima se  
noscere qui existimaverat, eidem novi mox aperiantur

A

cam-

campi, rerum incognitarum referti, quo sit, ut homini, naturam scrutanti, ingens quotidie voluptas, una cum cognoscendorum succrescente copia, continue gignatur.

Hæc omnia ad tria *naturæ regna*, animale, vegetabile & lapideum, rerum periti naturalium diu retulerunt, quæ licet, primo intuitu, multum diversa ac a se invicem disjuncta esse videantur; tamen venienti ad confracta illorum, ubi limes inter ea fixus sit, inventu sit perdifficile. Hinc e. g. *Spongias* nos hodiernum, ad quodnam pertineat regnum, dubios omnino reddit.

*Animalia* ac *Vegetabilia* satis diversa quidem videntur, vel ea propter, quod hæc radices agant, quibus extra se alimenta capiunt; illa autem de loco in locum se mouent, radicesque suas (quo nomine *vasa lactea* insignire licet,) intra se habeant; venientes vero ad fines regnum, reperiemus, non tantum vegetabilia, sine radice se nutrientia, alimentumque suum per poros sorbentia, ut *Fuci*, sed etiam animalia, quæ non solum loco suo, ad instar vegetabilium, perpetuo fixa sunt, e. g. *Balani*, *Serpulæ*, *Lithophyta*, sed pariter aliquot cum his affinia, ut *Sertulariæ*, quæ ad basin radices suas undique diffuspergunt.

Natura, ne thesauros suos simul omnes recluderet, ut omnia tempora, quibus se oblectent, inventa habeant, videtur huic seculo genus quoddam admirandorum animalium, quod ultimam industriam naturæ scrutatorum exercuit occupavitque, illo in horto reservasse, qui hæc ita velut recondidit, ut opes ejus non nisi per transennam adspexerimus, donec *Tremblejus*, casu magis, quam solertia, portam invenit occasione *Polyporum* suorum, quos dissectos redintegrari videbat, ut ab unaquaque parte perfectum renasceretur animal.

Nihil nobis hoc tempore, consideratione *animalium compositorum*, mirabilius obvenire potest, cum plantæ com-

compositæ, non illæ quæ flore, sed quæ caule ipsaque herbales sunt, vulgarissimæ habeantur. Animalia composita, quotquot adhuc cognita, in elemento aquo versantur, maxima-que eorum pars basi corpori cūdā, a quo se divellere ne-quit, adhæret, Tænia & Volvoce exceptis, qui soluti sunt.

Ignorantia animalium compositorum, ut ad hunc us-que diem mutilam fere de plantis notitiam habuerimus, effecit. Generatione æquivoca proscripta, *univoca* quidem jus civitatis sola obtinuit, sed scrupulus quidam Botanicis se injecit, quomodo generationem plantarum explicaturi se expediant, potissimum cum viderent vegetabilia, non tantum fructificatione, per generationem univocam, pro-pagari, sed aliam etiam per gemmas & ramos, genera-tionem explicatu haut facilem, habere.

Ut igitur eo clariorem de animalibus compositis con-ceptum nobis formemus, visu est necessarium, qua in re animalia ac plantæ differant, exponere. Id ut tanto dilu-cidius faciamus, animalium primo Indoies atque natura ponderanda videtur, exemplo ab Hominibus ipsis luculen-tissimo perfectissimoque desunto. Corpus nostrum, ex planta velut inversa (ut ore veterum loquar) sive resupi-nata, constat, cum *Skeleton* nostrum tanquam e bulbo cranii in truncum & ramos extendatur, quibus musculi, totidem quasi folia, adsident, licet ad apicem etiam ad-figantur. Proxima his est altera, *Vasorum* machina, e bulbo cordis, cum vasissuis, caulescens & ramificans. De-mum accedit bulbus *Cerebri*, qui medulla spinali elongatur, ex qua exeunt nervi simplicissimi, quibus animal sentit ac sponte sua se movet. Intra triplicem hanc machinam eam-que compositam quatuor concamerationes, in quibus qua-druplex functio peragitur, deprehendimus. Prima est camera Cranii, intra quam functio *animalis* vel sentiens administratur: secunda Thoracis, intra quam functio *vita-lis* interno motu peragitur: tertia Abdominis, intra quam

functio *naturalis* sive alimentaris fit: quarta *genitalis*, in qua propagatio speciei perficitur. Ad primam illam cameram, organa sensus, oculi, nasus, aures, lingua, tactusque papillæ, veluti processus, pertinent.

Catenam naturæ articulatim a limine regni animalis ad finem secuti, decurtationem quandam in animalibus minus perfectis (uti dicuntur), animadvertisimus, qua fit, ut neque Serpentes, neque Pisces, Insecta & vermes ullis auribus sint instructi. Insecta ut & vermes *naso* carrent, magnaue vermium pars *oculis* nullis utuntur. Serpentibus Pisibusque nulla sunt *brachia*, *femora* aut *tibiae*: Avibus nullæ *manus*: Vermibus nec *brachia*, nec *pedes*: Pisibus nulli *pulmones*, sed, loco eorum, vicariæ duntaxat *branchiæ*. Neque insecta pulmones, poros tamen tracheasque habent, quibus respirant. Insectis quidem caput est oculatum, at sine *cerebro*, nervusque eorum opticus e medulla spinali originem trahit. In vermis ne vestigium quidem *capitis* observamus. Cor Vermium vix similitudinem refert cordium aliorum, quin potius aneurismati arteriæ adsimilatur, atque in minimo verme, ut fere in *Hydris*, apertura tantum loco *oris* est, per quam simplex cavitas recipere potest quisquilias aquæ, quæ ibi solvuntur, atque a corpore, sicut aqua a parte Fucorum exteriori, absorbentur.

VEGETABILIA contra ea duabus præcipue partibus, medulla nimirum & cortice, constare videntur. *Medulla*, materia illa spongiosa ipsaque plantæ vita in infinitum se, instar omnium vivorum, multiplicat & succrescit e minimo primordio ad ultimos suos apices, & continuatio solidum inde a prima mundi creatione esse judicatur. Hæc ad basin demoritur, ad apices vero suos continuat, dum in fructificatione emittatur, atque in semina intret, ut in novas vitas dispargatur. Ubi autem nullam hoc modo erumpendi ansam nanciscitur, in infinitum, cæteris pari-

paribus, continuat, modo nutrimentum, quod sibimet præstare nequit, obtineat. Substantia corticalis altera est pars vegetabilium essentialis, quæ plantis alimentum præbet, &, quantum in se est, substantiam medullarem includere conatur, terræque, unde victum colligit, adhaeret, substantia medullari sursum continue serpente, corticali emque, mollissimas ad extremitates, ubi minima est resistentia, distendente. Quamduo substantia corticalis sufficiens alimentum habet, ut satis valida evadat, medullarem non facile emitit, debilitatem vero diffungi necessum est, ut medullarem in fructificatione effundat.

Substantia medullaris plantarum multam analogiam cum *medulla spinali* animalium habere videtur, et si nervis careat; quare nos fugit, an plantæ & animalia aliter discrepant, quam hisce solis, quibus sensatio & motus voluntarius, qui in plantis non existunt, in animalibus exseruntur. Sed etiam hoc discrimen quam observatu sit difficile, ex aliquot *Mimosis* & *Oxalide* sensitiva, tactu se contrahentibus, intelligimus. Substantia corticali plantarum respondet *systema vasorum* animalium, licet hoc in animalibus magis intrinsecus quam extrinsecus, in primis ubi incipit, locatum sit, habeatque & arterias & venas, quæ differentes in plantis non sunt necessariae, ubi cursus fit, non autem recursus humorum. Vegetabilia radice se alunt, quemadmodum animalia, quorum Ductus thoracicus radicatur & ramificatur ad tubum intestinalem, sterquilinum continentem, unde alimentum intra animal extrahitur, quemadmodum planta id extra corpus suum acquirit.

Adhaec tandem in memoriam revocare non negligamus, quomodo scetus animalium eadem ratione, qua plantæ, in primordio suo succrescant, ubi cum placenta uterina sive vitello radicant, funiculo umbilicali caulescunt, magnaue ex parte vitam vegetabilem crescunt, dum pri-

ma eorum stamina e carina Malpighii, vel cerebro medullaque, vel analogo medullaris substantiae vegetabilium, oriri videntur, neque minus sistema simum vasorum e bulbo cordis in punto salienti, nutriendo effectu analogum substantiae corticali plantarum.

Vegetabilia triplici modo propagari animadvertisimus. Primus est per viam *generationis*, quando planta ad fructificationem transmutatur, ut vita medullaris dimittatur, atque hoc modo ad novas plantas per semina dispargatur; id quod in vegetabilibus ita est in usu, ut ne plantam quidem cognoscamus, quae jure excipiatur. Heic clare perspicimus, gemmas futurorum annorum, cum ad flores transmutabuntur, aliquot annos ante transformari, & si haec metamorphosis in principio suo inhibeatur, gemma vitam suam continuat. *Fructificatio* constituit partes plantae genitales, quae temporariae sunt, & post unicam generationem pereunt. Arbores quidem quotannis florere videntur, at scire nos oportet, id vegetabile, quod ista genitalia vel flores perdidit, novos non recuperare, sed postea orientes e recentibus exire ramis, qui proinde novam in planta vitam ordiuntur.

Modus secundus per propagines fit in plantis *viviparis*, uti denominantur, quemadmodum in Poa, Aira, Festuca viviparis, quae fructificationem quidem inciplunt, calycemque suum formant; at loco germinis confessim ex crescunt folia, sive planta novella sine staminibus, quae decidit, jamque germinata radicat. Nescio igitur, quibus heic tenebris quasi confundamur, cum in graminibus ipsum germen, non secundatum, germinare perspicimus, ac merito miramur, cur generatio ex polline antherarum ad omnem pistilli fecundationem adeo sit necessaria, ut nulla in planta, semina dimissura, desideretur; hic vero, ubi semina in ipsa planta germinant, natura consuetam viam, spreta pollinis ope, deserere videtur, Miramur, quænam

quænam sit vis insita & etiamnum occulta, quæ semini deciduo communicari non potest, nisi vis pollinis a stigmate humido absorbeatur, & novo vitæ puncto communicetur.

Tertius propagationis vegetabilium modus Bulbis, gemmis vel novis processibus sit, cum ramus ex ramo crescit, ubicunque corticem penetrat substantia medullaris. Hæc minus proprie nova generatio, at potius continua vita vel vitæ ramificatio, vocari potest.

## CAP. II.

Systemate naturæ ex antecedentibus aliquo modo cognito, indeolem animalium compositorum melius intelligere valemus. Duo cum primis ordines ex classe vermium proxime ad vegetabilia accedunt, *Lithophyta* nimirum & *Zoophyta*, ut vocari sverunt. Utraque, prolnquam habentia adfinitatem cum cæteris vermbus, quibus in elemento humido, ubi omnis fit generatio, competit vis redintegrandi, majorem etiam ibidem compositioni suæ opportunitatem nanciscuntur.

**LITHOPHYTA**, Corallia vulgo vocata, cum Testaceis, ad quæ proxime accedunt, hoc commune habent, quod testas sibi faciant calcarias, suo licet singula modo, præterquam quod loco etiam suo figantur. Exiguum earum animal, funiculo umbilicali alligatum, sub & circa se firmam struit crustam calcariam, intra quam se condit adquietaque. Hoc ad latera & extremitates novas ponit gemmas sive processus, qui naturam matris induunt, ac singuli domui matris suas superstruunt, dum illa, annis exactis, perit, atque hi eodem modo multas ad generationes sensim multiplicantur, sedesque tandem relietas pereunt. Ita matris domus cum serorum nepotum coædificata coalescit, & integrum velut civitatem, quam Corallium appellamus, constituit. Sed præter hanc proprietatem, quam cum vegetabilibus habent communem, ut per ramos se augeant, illis etiam pro-

propria sunt genitalia, androgyna licet, ad sobolem suam ex ovo multiplicandam, quibus speciem longius disseminant. *Corallia* vero *composita* proprie dicta ab ipso principio constare videntur pluribus animalibus, quorum singula parvam fistulam sive porum struunt: quam sententiam amplecti cogor, cum Madreporam polygamam & Tubulariam musicam considero. *Alcyonia* ea pariter ratione, qua Lithophyta, vivunt, quamquam mollis sit testa eorum substantia.

ZOO<sup>H</sup>YTA multo proprius ad vegetabilia accedunt, in eo, quod partim radices, partim ramos articulatos habent, ita ut cum plantis ex magna parte convenient, licet foliis destituantur. Neque horum indigere videntur, siquidem folia sunt motus organa, quibus vegetabilia, motum per se non habentia, eum ab externo aere nunquam quiescente adipiscantur, quum animalia se ipsa movere possunt. In omnibus istis ramorum, quos habent, articulis, vivum delituit animalculum, quod per aperturam aliquam sive porum ex aqua infecta cibum sibi quæsivit, ac tempore suo unum pluresque ramos, tanquam totidem soboles, exseruit, genitalibus simul, quæ flores denominari possunt, vel exsertis, vel intra articulum ipsum reconditis, quibus genus suum propagavit, unde novæ soboles, pari modo continuaturæ, excrescunt. In inferioribus crescentium partibus mater demoritur, ipse autem articulus, tanquam substantia corticalis, remanet, solidamque substantiam a parte interiori quotannis deponit, sicut cortex arboris librum transeuntem in substantiam ligneam relinquit, quamvis solidior hæc substantia, pro more gentis, sèpissime sit calcaria. Itaque exuviae ejusmodi animalium, frutici similes, remanent, in quibus foramina residua observantur ultimorum animalculorum, quorum machina poro instructa fuit, ut nutrimentum sorbillarent quibusdam tentaculis, petalis sive productionibus,

bus, loco motus ejusdem, intra quas genitalia cum ovario extiterunt, ita quidem, ut a floribus plantarum, qui plantae internæ merito appellantur, alia in re, quam motu solum voluntario, vix differant. De hisce Zoophytis vide incomparabilem Ellisiū de Corallinis.

*Tænia*, nullibi fixa, longitudinaliter sine ramis extenditur, ac inenumerabilibus fætibus constat, quorum singuli unicam prolem procreant, & tamdiu vivunt, ut una mater progeniem mille generationum numerare possit. Unicuique articulo intrinsecus exiguum os sive apertura pro ingerendis & excernendis, tenerrima etjam visceræ ac genitalia; corticem vero habent communem; divulsi a se invicem succrescunt, atque altera parte, ad instar Tritici repentis articulatum abscissæ, multiplicantur.

*Volvox* est globosus, pertenuis licet, multa semina sparsa, dissimilis magnitudinis, magis minusque matura, in se habentis, baccæ similitudinem fert. Hæc semina matura elabuntur, atque in aqua, more matris suæ, gyrrantur.

Magna autem simpliciaque animalia, quæ cerebrum ac medullam spinalem crusta ossæ obiecta habent, composita fieri non possunt, cum medulla sit limitibus circumscripta, extra quos egredi non potest, siquidem terminos incremento ejusdem ponant.

T A N T U M.



# Min HERRE.

När qwickhet har dygden till ögnamärke, och vett  
blifver understödt af flit, då blomstras bittida  
ungdomens rosor, som förebåda en önskad frukt  
för framtiden, hvilken icke mindre hedrar sin haf-  
desman, än den gör vänskapen fastare med dess  
efterföljare.

Min Vårde Vän! Eder oförtrutna flit, att för  
den lärda och gransketulla verlden bevisa, de saker  
vara lifågande och hafva plantnings egenskap,  
som sjelfva Naturen, för de skarpstyntaste män  
tycks velat fördölja, under en mörk barks och sten-  
skorpas gestalt; denna eder flit, säger jag, försäkrar  
alla om Edart underbygda snille och mogna urskill-  
nings gåtva, och gör Eder vård, att framdeles  
emottaga den heder, som med rätta belönar veten-  
skapens trågna idkare.

Men, under alt detta, växer vår inbyrdes för-  
troliga vänskap, lika som Edra Coraller på tusende  
leder och lätt, och gör, att jag som i Eder lycka  
icke tager den minsta del, nu som altid tillförne,  
med dubbelt skål förbindes att lefva.

EDER

*upricktige vän,  
och förbundne tjänare,*  
JOHAN OLOF CHÖLER.